

ARTICULUS VIII.

Utrum convenienter jejunantibus indicatur abstinentia à carnibus, & ovis, & lacticiis.

IV. dist. xv. quæst. 111. art. 4. quæst. 2.

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter jejunantibus indicatur abstinentia à carnibus, ovis, & lacticiis. Dicitur enim supra (art. 6. huj. quæst.) quod jejunium est institutum ad concupiscentiam provocat potus vini quam esus carniū, secundum illud Proverb. xx. 1. Luxuriosa res est vinum: & ad Ephes. v. 18. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Cum ergo non interdicitur jejunantibus esus carniū, videtur quod non debeat interdici esus carniū.

2. Præterea. Aliqui pisces ita delectabiliter comeduntur, sicut quadam animalium carnes. Sed concupiscentia est appetitus delectabilis, ut supra habitum est (1. 2. quæst. xxx. art. 1.) Ergo in jejuniō, quod est institutum ad concupiscentiam refræandam, sicut non interdicitur esus piscium, ita non debeat interdici esus carniū.

3. Præterea. In quibusdam juniorum diebus aliqui ovis, & caseo utuntur. Ergo pari ratione in jejuniō quadragesimali talibus homo uti potest.

Sed contra est communis fidelium consuetudo.

Respondet dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 6. huj. quæst.) jejunium ab Ecclesia est institutum ad repræmendas concupiscentias carnis, quæ quidem sunt delectabilium secundum tactum, quæ consistunt in cibis, & venereis. Et ideo illos cibos Ecclesia jejunantibus interdixit qui & in comedendo maximam habent delectationem, & iterum maximam hominem ad venerea provocant. Hujusmodi autem sunt carnes animalium in terra (a) quiescentium, & respirantium, & quæ ab eis procedunt, sicut lacticia ex gressibilibus, & ova ex avibus. Quia enim hujusmodi magis conformantur huma-

no corpori, plus delectant, & magis concupiscunt ad humani corporis nutrimentum: & sic ex eorum comestione plus superfluit, ut vertatur in materiam feminis, cujus multiplicatio est maximum incitamentum luxurie. Et ideo ab his cibis præcipue jejunantibus Ecclesia statuit esse abstinendum.

Ad primum ergo dicendum, quod ad actum generationis tria concurrunt; scilicet calor, spiritus, & humor. Ad calorem quidem maxime cooperatur vinum, & alia calefacientia corpus; ad spiritus autem videntur cooperari iustativa; sed ad humorem maxime cooperatur usus carniū, ex quibus multum de alimento generatur. Alteratio autem caloris, & multiplicatio spiritum cito transit; sed substantia humoris diu manet. Et ideo magis interdicitur jejunantibus usus carniū quam vini, vel leguminum, quæ sunt iustativa.

Ad secundum dicendum, quod Ecclesia jejunium intrinsecus intendit ad id quod communis accedit. Esus autem carniū est magis delectabilis communiter quam esus piscium; quamvis in quibusdam aliter se habeat. Et ideo Ecclesia magis jejunantibus prohibuit esum carniū quam esum piscium.

Ad tertium dicendum, quod ova, & lacticia jejunantibus interdiciuntur, inquantum sunt ex animalibus exorta carnes habentibus. Unde principaliter interdicitur carnes quam ova, vel lacticia. Similiter etiam interdicitur alia jejunia solemniter est quadragesimalis jejunium: tum quia observatur ad imitationem Christi: tum etiam quia per ipsum disponimus ad redemptionis nostre mysteria devote celebranda. Et ideo in quolibet jejuniō interdicitur esus carniū; in jejuniō autem quadragesimali interdiciuntur universales etiam ova, & lacticia: circa quorum abstinentiam in aliis jejuniis diversæ consuetudines existunt apud diversos; quas quisque observare debet secundum morem eorum inter quos conservatur. Unde Hieronymus dicit (epist. xxv. 11. ad Lucinium sub fin.) de jejuniis loquens: Unaqueque provincia abunde in suo sensu, & præcepta majorum leges apostolicas arbitretur. (b)

QUÆST.

(a) Ita cum cod. Alcan. aliique Theologi & Nicolaus. Al. nascientium.
(b) Insuper S. Thomas; hæc vero in textu addit Nicolaus. Unde iterum Gregorius ut supra inter innumera vicia contra quæ oppositæ virtutes pugnant, gulam ponit, & mentem ipsam dicit sub gravi confusione dedecore à spirituali certamine congressione repelli, quando infirma in carnis preglio gula gladius confessa superatur: quia cum se perferri parvis respicit, confingere cum majoribus erubescit. Et in Libro de cura pastoralis part. 111. adu. 20. Unde, inquit, hosti calido, qui primi hominis sensum in concupiscentia poni aperuit, sed in peccati laqueo strinxit, divina voce dicitur: Pectore ac ventre repes (Gen. 3.) ac si aperte diceretur: Cogitatione ac ingluvie super humana corda dominaveris, &c. Et Basilus in serm. de abdicatione rerum: Cave ne te adversarius simili atque primum parentem peccato circumveniat, & quam primum de paradiso deliciarum expellat: nam quæ callida est objectione ita malitiose illum spoliavit, nihil est quod jam veretur ne te per hoc præsentissimum continentium inficiat.

QUÆSTIO CXLVIII.

De gula, in sex articulis divisa.

Deinde considerandum est de gula: & circa hoc queruntur sex.

- Primo, utrum gula sit peccatum.
Secundo, utrum sit peccatum mortale.
Tertio, utrum sit maximum peccatum.
Quarto, de speciebus ejus.
Quinto, utrum sit vitium capitale.
Sexto, de filiabus ejus.

ARTICULUS I.

Utrum gula sit peccatum.

Mal. quæst. XIV. art. 1. 2. & 3.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod gula non sit peccatum. Dicit enim Dominus Matth. xv. 11. Quod intrat in os, non inquinat hominem. Sed gula est circa cibos, qui intrant in hominem. Cum ergo omne peccatum conquirent hominem, videtur quod gula non sit peccatum.

2. Præterea. Nullus peccat in eo quod vitare non potest. Sed gula consistit in inmoderantia cibi, quam non potest homo vitare: dicit enim Gregorius XXX. Moral. (cap. S. Tb. Om. Tom. II.)

(a) Nicolaus in textu addit quæ sequuntur. Hinc licet olim in jejuniō non à carnibus tantum, sed & à vino abstinere (præsertim vero in jejuniō Quadragesimæ) Christiani solerent; facilius tamen subinde circa vini abstinentiam quam carniū generaliter dispensatum est, ut jam uti liceat vino, sed non carniibus, quarum usus licitus communiter omnibus nunquam fuit. Quod autem simul cum carniū abstinentia conjungeretur olim abstinentia vini, patet ex verbis Augustini dicentis Dominica 1. Quadragesimæ serm. 1. Qui abstinentiam nos à carnibus, quibus (aliis diebus) uti licet; qui nos abstinentiam à vino, quo moderate uti licet; qui vitamus quæ aliquando licent; in primis fugiamus peccata, quæ nunquam licent; & serm. 2. Cessat vitæ, vel carnes, ut qui nobis viximus toto anno, solum per paucos dies vitamus & Domino. Item ex verbis Hieronymi super x. cap. Danielis; ubi dicitur panem desiderabilem non comedisse, nec introisse vinum aut carnem in os ejus: Hoc exemplum docentur tempore jejuniis à cibis delicatioribus abstinere (quod ego nunc puto dici panem desiderabilem) nec carnem comedere; nec vinum bibere. Item ex verbis Basilii hom. 1. de jejuniis (quo jejunium Quadragesimæ intelligit.) Carnes non edis, & à vino abstinere, &c. Item ex verbis Theophili Alexandrini epist. 3. pascalii universis Ægypti Episcopis directæ: Nequaquam in diebus Quadragesimæ vini poculum suscipimus, nec in præcæta belli, ubi necessarius labor, & sudor est, edulis carniū delectemur. Qui autem legum præcepta custodiant, ignorant vinum in jejuniis, esum carniū repellant. Ac licet addat socios Danielis in Babilone abstinentes exemplum nobis fortitudinis reliquisse, ut omnem deinceps deceret jejuniorum tempore à carnibus, & vino abstinendum; abstinentia tamen carniū magis vicia est Ecclesiæ necessaria quam abstinentia vini ad jejuniis rationem; & sic in vino, non in carniibus dispensavit. Unde abstinentia vini modo in jejuniō consilii tantum est, non præcepti, sicut & abstinentia piscium; à quibus tamen olim abstinuisse Christiani in jejuniō illo Chrysostomus indicat hom. 3. ad populum; & similiter asidi cibi, hoc est panis, & aqua, quibus ultima hebdomada Quadragesimæ ante Paschæ diem utebantur. Cum sola ergo abstinentia generat carnium in præcepto remansit ut à lacte, caseo, & ab ovis in jejuniō Quadragesimæ communiter debeat abstinere, quia nimirum par est ut qui per illas dies à carnibus animalium abstinet, ab omnibus etiam quæ semel tantum carnis trahunt originem, jejunemus, sicut in IV. Part. Decretorum cap. xxxix. loquitur Ivo Cartonensis. Quamvis nunc satis communiter in aliquibus locis propter necessitatem in lactis, & casei abstinentia dispensetur.

xiv. ante med.) Quis pro esu voluptas necessitati miseretur; quid necessitas petat, & quid voluptas suppetat ignoratur: & Augustinus dicit in X. Confess. (cap. xxxi. sub fin.) Quis est, Domine, qui aliquantulum extra metas necessitatis cibum non sumit? Ergo gula non est peccatum.

3. Præterea. In quolibet genere peccati primus motus est peccatum. Sed primus motus sumendi cibum non est peccatum: alioquin fames, & sitis essent peccata. Ergo gula non est peccatum.

Sed contra est quod Gregorius XXX. Moral. (cap. xliii. aliquid à princ.) dicit, quod ad confictum spiritualis agniti non assumitur, nisi prius intra nosmetipsos hostis postius, gula videlicet appetitus, edomatur. Sed interior hostis hominis est peccatum. Ergo gula est peccatum.

Respondet dicendum, quod gula non nominat quemlibet appetitum edendi, & bibendi, sed inordinatum. Dicitur autem appetitus inordinatus ex eo quod recedit ab ordine rationis, in quo bonum virtutis moralis consistit. Ex hoc autem dicitur aliquid esse peccatum quod virtuti contrariatur. Unde manifestum est quod gula est peccatum. (a)

Ad primum ergo dicendum, quod id quod intrat in hominem per modum cibi, secun-

(a) Nicolaus in textu addit quæ sequuntur. Hinc licet olim in jejuniō non à carnibus tantum, sed & à vino abstinere (præsertim vero in jejuniō Quadragesimæ) Christiani solerent; facilius tamen subinde circa vini abstinentiam quam carniū generaliter dispensatum est, ut jam uti liceat vino, sed non carniibus, quarum usus licitus communiter omnibus nunquam fuit. Quod autem simul cum carniū abstinentia conjungeretur olim abstinentia vini, patet ex verbis Augustini dicentis Dominica 1. Quadragesimæ serm. 1. Qui abstinentiam nos à carnibus, quibus (aliis diebus) uti licet; qui nos abstinentiam à vino, quo moderate uti licet; qui vitamus quæ aliquando licent; in primis fugiamus peccata, quæ nunquam licent; & serm. 2. Cessat vitæ, vel carnes, ut qui nobis viximus toto anno, solum per paucos dies vitamus & Domino. Item ex verbis Hieronymi super x. cap. Danielis; ubi dicitur panem desiderabilem non comedisse, nec introisse vinum aut carnem in os ejus: Hoc exemplum docentur tempore jejuniis à cibis delicatioribus abstinere (quod ego nunc puto dici panem desiderabilem) nec carnem comedere; nec vinum bibere. Item ex verbis Basilii hom. 1. de jejuniis (quo jejunium Quadragesimæ intelligit.) Carnes non edis, & à vino abstinere, &c. Item ex verbis Theophili Alexandrini epist. 3. pascalii universis Ægypti Episcopis directæ: Nequaquam in diebus Quadragesimæ vini poculum suscipimus, nec in præcæta belli, ubi necessarius labor, & sudor est, edulis carniū delectemur. Qui autem legum præcepta custodiant, ignorant vinum in jejuniis, esum carniū repellant. Ac licet addat socios Danielis in Babilone abstinentes exemplum nobis fortitudinis reliquisse, ut omnem deinceps deceret jejuniorum tempore à carnibus, & vino abstinendum; abstinentia tamen carniū magis vicia est Ecclesiæ necessaria quam abstinentia vini ad jejuniis rationem; & sic in vino, non in carniibus dispensavit. Unde abstinentia vini modo in jejuniō consilii tantum est, non præcepti, sicut & abstinentia piscium; à quibus tamen olim abstinuisse Christiani in jejuniō illo Chrysostomus indicat hom. 3. ad populum; & similiter asidi cibi, hoc est panis, & aqua, quibus ultima hebdomada Quadragesimæ ante Paschæ diem utebantur. Cum sola ergo abstinentia generat carnium in præcepto remansit ut à lacte, caseo, & ab ovis in jejuniō Quadragesimæ communiter debeat abstinere, quia nimirum par est ut qui per illas dies à carnibus animalium abstinet, ab omnibus etiam quæ semel tantum carnis trahunt originem, jejunemus, sicut in IV. Part. Decretorum cap. xxxix. loquitur Ivo Cartonensis. Quamvis nunc satis communiter in aliquibus locis propter necessitatem in lactis, & casei abstinentia dispensetur.

dom suam substantiam, & naturam, non coquinat hominem spiritualiter. Sed Judei, contra quos Dominus loquitur, & Manichæi opinabantur, quod aliqui cibi immundos facerent, non propter figuram, sed propter propriam naturam. Inordinata autem ciborum concupiscentia spiritualiter hominem coquinat.

Ad secundum dicendum, quod, sicut dictum est (in corp. art.) vitium gulæ non consistit in substantia cibi, sed in concupiscentia non regulata ratione. Et ideo si aliquis excedat in quantitate cibi, non propter concupiscentiam cibi, sed æstimans, id sibi necessarium esse, non pertinet hoc ad gulam, sed ad aliquam impericiam. Sed hoc solum pertinet ad gulam quod aliquis propter concupiscentiam cibi delectabilis scienter excedat mensuram in edendo.

Ad tertium dicendum, quod duplex est appetitus. Unus quidem naturalis, qui pertinet ad vires animæ vegetabilis, in quibus non potest esse vitium, & vitium, eo quod non possunt subijci rationi: unde & vis appetitiva dividitur contra retentivam, digestivam, & expulsiuam: & ad talem appetitum pertinet escures, & sitis. Est autem & animus appetitus sensitivus, in cuius concupiscentia vitium gulæ consistit. Unde primus motus gulæ importat inordinationem in appetitu sensitivo, quæ non est sine peccato.

ARTICULUS II. 715

Utrum gula sit peccatum mortale.

Inf. quæst. CLIV. art. 2. ad 6. & ma. quæst. XIV. art. 2. & Rom. XLII. lect. 3. & Gal. v. lect. 4.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod gula non sit peccatum mortale. Omne enim peccatum mortale contrariatur alicui precepto Decalogi: quod de gula non videtur. Ergo gula non est peccatum mortale.

2. Præterea. Omne peccatum mortale contrariatur caritati, ut ex supra dictis patet (quæst. cxxxii. art. 3.) Sed gula non opponitur caritati neque inquantum ad dilectionem Dei, neque inquantum ad dilectionem proximi. Ergo gula non est peccatum mortale.

3. Præterea. Augustinus dicit in ferm. de purgatorio: Quoties aliqui in cibo, aut potu plus accipit quam necesse est, ad minima peccata pertinere novetur. Sed hoc pertinet ad gulam. Ergo gula computatur inter minuta, id est inter venialia peccata.

4. Sed contra est quod Gregorius dicit in XXX. Moral. (cap. 111. circ. med.) De-

minante gula vitio, omne quod bonæ fuerit egerunt, perdunt; & dum venter non reficitur, simul cuncta virtutes obruntur. Sed virtus non tollitur nisi per peccatum mortale. Ergo gula est peccatum mortale.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) vitium gulæ proprie consistit in concupiscentia inordinata. Ordo autem rationis concupiscentiam ordinantis dupliciter tolli potest: uno modo, quantum ad ea quæ sunt ad finem, prout scilicet non sunt ita commensurata ut sint proportionata fini; alio modo quantum ad ipsum finem, prout scilicet concupiscentia hominem avertit à fine debito. Si ergo inordinatio concupiscentiæ accipitur in gula secundum aversionem à fine ultimo, sic gula erit peccatum mortale. Quod quidem contingit quando delectationi gulæ inhæret homo tamquam fini, propter quem Deum contemnit, paratus scilicet contra præcepta Dei agere, ut delectationes huiusmodi assequatur.

Si vero in vitio gula intelligitur inordinatio concupiscentiæ tantum secundum ea quæ sunt ad finem, utpote gula nimis concupiscit delectationes ciborum, non tamen ita quod propter hoc faceret aliquid contra legem Dei, est peccatum veniale.

Ad primum ergo dicendum, quod vitium gulæ habet quod sit peccatum mortale, inquantum avertit à fine ultimo; & secundum hoc per quandam reductionem opponitur precepto de sanctificatione sabbati in quo precipitur quies in fine ultimo. Non enim omnia peccata mortalia dicitur contrariatur præceptis Decalogi, sed solum illa quæ iniustitiam continent: quia præcepta Decalogi specialiter pertinent ad iustitiam, & partes eius, ut supra habitum est (quæst. cxxi. art. 1.)

Ad secundum dicendum, quod inquantum avertit à fine ultimo, contrariatur gula dilectioni Dei, qui est super omnia, sicut finis ultimus, diligendus: & secundum hoc solum gula est peccatum mortale.

Ad tertium dicendum, quod illud verbum Augustini intelligitur de gula, inquantum importat inordinationem concupiscentiæ solum circa ea quæ sunt ad finem.

Ad quartum dicendum, quod gula dicitur virtutes auferre, non tam propter se, quam etiam propter vitia quæ ex ea oriuntur. Dicit enim Gregorius in Pastoralis (part. 111. cap. xx. aliquant. à princ.) Dum venter per ingluviem tenditur, virtutes animæ per luxuriam destruantur.

ARTICULUS III. 716

Utrum gula sit maximum peccatum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod gula sit maximum peccatum. Magnitudo enim peccati ex magnitudine peccati consideratur. Sed peccatum gula est gravissimum positum: dicit enim Chrysothomus (hom. xlii. in Matth. aliquant. à princ.) Adam intemperantia ventris expulit à paradiso diluivum, quod fuit tempore Noe, ipsa fecit, & penam Sodomorum, secundum illud Ezech. xvi. 49. Hec fuit iniquitas fororis tue Sodomæ, saturitas panis, &c. Ergo peccatum gulæ est maximum peccatum.

2. Præterea. Causa in quolibet genere est potior. Sed gula videtur esse causa aliorum peccatorum: quia super illud Psal. cxxxv. Qui percussit Ægyptum cum primogenitiis eorum, dicit Glossa (ord. Calsiod.) Luxuria, concupiscentia, superbia sunt ea quæ primo venter generat. Ergo gula est gravissimum peccatum.

3. Præterea. post Deum homo debet seipsum maxime diligere, ut supra habitum est (quæst. xxv. art. 4.) Sed per vitium gulæ homo infert sibiipsum nocementum: dicitur enim Eccli. xxxvii. 34. Propter crapulam multi obierunt. Ergo gula est maximum peccatum, ad minus præter peccata quæ sunt contra Deum.

Sed contra est quod vitia carnalia, inter quæ computatur gula, secundum Gregorium (implic. Lib. XXXIII. Moral. cap. xi. ante med.) sunt minoris culpe.

Respondeo dicendum, quod gravitas alicujus peccati potest tripliciter considerari. Primo quidem, & principaliter secundum materiam in qua peccatur: & secundum hoc peccata quæ sunt circa res divinas, sunt maxima. Unde secundum hoc vitium gulæ non est maximum: est enim circa ea quæ ad sustentationem corporis spectant.

Secundo autem ex parte peccantis: & secundum hoc peccatum gulæ magis alleviatur quam aggravatur, tum propter necessitatem assumptionis ciborum, tum etiam propter difficultatem discernendi, & moderandi id quod in talibus convenit.

Tertio vero modo ex parte effectus consequentis: & secundum hoc vitium gulæ habet quandam magnitudinem, inquantum ex ea occasionantur diversa peccata.

Ad primum ergo dicendum, quod ille peccati referuntur magis ad vitia quæ sunt consecuta ex gula, vel ad gula radicem, quam ad ipsam gulam. Nam primus homo expulsius est de paradiso propter superbiam, ex

8. Thom. Op. Tom. IV.

qua processit ad actum gulæ. Diluvium autem, & pœna Sodomorum sunt inducta propter peccata luxuriæ procedentia ex gula occasionaliter.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit ex parte peccatorum quæ ex gula oriuntur. Non autem oportet quod causa sit potior, nisi in causis per se. Gula autem non est causa illorum vitiorum per se, sed quasi per accidens, & per occasionem.

Ad tertium dicendum, quod gulosus non intendit suo corpori nocementum inferre, sed in cibo delectari. Si autem nocementum corporis sequatur, hoc est per accidens. Unde hoc non directe pertinet ad gravitatem gulæ: cuius culpa tamen aggravatur, si quis corporale detrimentum incurrat propter immoderatam cibi sumptionem.

ARTICULUS IV. 717

Utrum convenienter species gulæ distinguantur secundum has quinque conditiones, præpropere, laute, nimis, ardens, studiose.

1. 2. quæst. LXXI. art. 9. corp. & ad 3. & IV. dist. xv. quæst. 111. art. 4.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter species gulæ distinguantur à Gregorio, qui XXX. Moral. (cap. xii. à med.) dicit: Quinque modis nos gula vitium tentat: aliquando namque indiget tempora prævenit; aliquando lautiores cibos quarit; aliquando quæ sumenda sunt, præparari accuratius appetit; aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram refectiois excedit; aliquando ipso assu immenso desiderii aliquis peccat: & continentur in hoc versu:

Præpropere, laute, nimis, ardens, studiose.

Prædicta enim diversificantur secundum diversas circumstantias. Sed circumstantiæ, cum sint accidentia actuum, non diversificant speciem. Ergo secundum prædicta non diversificantur species gulæ.

2. Præterea. Sicut tempus est quedam circumstantia, ita & locus. Si ergo secundum tempus una species gulæ accipitur, videtur quod pari ratione secundum locum, & alias circumstantias.

3. Præterea. Sicut temperantia observat debitas circumstantias; ita etiam & alie virtutes morales. Sed in vitis quæ opponuntur aliis virtutibus moralibus non distinguuntur species secundum diversas circumstantias. Ergo nec in gula.

Sed contra est verbum Gregorii inductum.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. 1. huj. quæst.) gula importat inordinatam concupiscentiam edendi. In esu autem duo considerantur, scilicet ipse cibum qui comeditur, & eius comestio. Potest ergo inordinatio concupiscentiæ attendi dupliciter. Uno quidem modo quantum ad ipsum cibum qui sumitur: & sic quantum ad substantiam, vel speciem cibi quærit aliquis cibos *lautes*, idest pretiosos; quantum ad qualitatem, quærit cibos nimis accurate præparatos, idest *studiosè*; quantum autem ad quantitatem, excedit *nimis* in edendo.

Alio vero modo attenditur inordinatio concupiscentiæ quantum ad ipsam sumptionem cibi: vel quia prævenit debitum tempus comedendi, quod est *propriè*; vel quia non servat modum debitum in edendo, quod est *avidè*.

Isidorus vero (Lib. II. de sum. bono cap. XLII. ad fin.) comprehendit primum, & secundum sub uno, dicens quod gulofus excedit in cibo secundum quid, quantum, quomodo, & quando.

Ad primum ergo dicendum, quod corruptio diversarum circumstantiarum facit diversas species gula, propter diversa motiva, ex quibus moralium species diversificantur. In eo enim qui quærit lautes cibos, excitatur concupiscentia ex ipsa specie cibi; in eo vero qui præoccupat tempus, deordinatur concupiscentia propter impatientiam moræ: & idem patet in aliis.

Ad secundum dicendum, quod in loco, & in aliis circumstantiis non invenitur aliud differens motivum pertinens ad usum cibi, quod faciat aliam speciem gula.

Ad tertium dicendum, quod in quibuscumque aliis vitiis diversæ circumstantiæ habent diversa motiva, oportet accipi diversas species vitiorum secundum diversas circumstantias. Sed hoc non contingit in omnibus, ut supra dictum est (1. 2. quæst. LXXII. art. 9.)

ARTICULUS V.

Utrum gula sit vitium capitale.

Mal. quæst. VII. art. 3. corp. & ad 6. & q. XLII. art. 3. corp. & quæst. XIV. art. 4. ubi

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod gula non sit vitium capitale. Vitia enim capitalia dicuntur ex quibus alia oriuntur

(A) Sic persequitur in textu Nicolajus. Sic enim in cap. xviii. vel xxi. *Vitiorum regna in superbia cum devotum plene cor operit, max illud sapient principalibus vitiis quasi quibusdam fructibus deorsum indum trahit. Radix quoque eundem mali superbia est, prima autem sibi et suis principibus sita ferit vitiis de hoc virulenta radice profertur, scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia (vel accidia) & inri ingulvies (vel gula) luxuria, &c.*

secundum rationem causæ finalis. Sed cibus circa quem est gula, non habet rationem finis: non enim propter se queritur, sed propter corporis nutritionem. Ergo gula non est vitium capitale.

2. Præterea. Vitium capitale aliquam principalitatem habere videtur in ratione peccati. Sed hoc non competit gula, quia videtur esse secundum suum genus minimum peccatorum, ut pote plus appropinquans ad id quod est secundum naturam. Ergo non videtur esse vitium capitale.

3. Præterea. Peccatum contingit ex hoc quod aliquis recedit a bono honesto propter aliquid utile presenti vitæ, vel delectabile sensui. Sed circa bona quæ habent rationem utilitatis, ponitur unum tantum vitium capitale, scilicet avaritia. Ergo & circa delectationes videtur esse ponendum unum tantum vitium capitale. Ponitur autem luxuria, quæ est majus vitium quam gula, & circa majores delectationes. Ergo gula non est vitium capitale.

Sed contra est quod Gregorius XXXI. Moral. (cap. xvii. ad med.) computat gulam inter vitia capitalia. (A)

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (1. 2. quæst. LXXXI. art. 3. vitium capitale dicitur ex quo alia vitia oriuntur secundum rationem causæ finalis, inquantum scilicet habet finem multum appetibilem: unde ex ejus appetitu homines provocant multipliciter ad peccandum. Ex hoc autem aliquis finis redditur multum appetibilis quod habet aliquam de conditionibus felicitatis, quæ est naturaliter appetibilis.

Pertinet autem ad rationem felicitatis delectatio, ut patet in I. Ethic. (cap. viii.) & in X. (cap. iiii. vii. & viii.) Et ideo vitium gula, quod est circa delectationes tactus, quæ sunt præcipue inter alias, convenienter ponitur inter vitia capitalia.

Ad primum ergo dicendum, quod ipse cibus ordinatur quidem ad aliquid sicut ad finem sed quia ille finis, scilicet conservatio vitæ, est maxime appetibilis, quæ sine cibo conservari non potest, inde etiam est quod ipse cibus est maxime appetibilis: & ad hoc ferè totus labor humanæ vitæ ordinatur, secundum illud Eccle. vi. 7. *Omnia labor hominis in ore ejus.* Et tamen magis gula videtur esse circa delectationes cibi, quam circa cibos: propter quod, ut Augustinus dicit in Lib. de vera religione (cap. LIII. cir. princ.) *quæ*

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod gula non sit vitium capitale. Vitia enim capitalia dicuntur ex quibus alia oriuntur

(A) Sic persequitur in textu Nicolajus. Sic enim in cap. xviii. vel xxi. *Vitiorum regna in superbia cum devotum plene cor operit, max illud sapient principalibus vitiis quasi quibusdam fructibus deorsum indum trahit. Radix quoque eundem mali superbia est, prima autem sibi et suis principibus sita ferit vitiis de hoc virulenta radice profertur, scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia (vel accidia) & inri ingulvies (vel gula) luxuria, &c.*

bus vitis corporis salus est, malis viciis, in quo scilicet delectatio est, quam satuari; cum omnia sunt illius appetitum non finis, neque ejus finis. Ad secundum dicendum, quod finis in peccato accipitur ex parte conversionis; sed gravitas peccati accipitur ex parte averfionis. Et ideo non oportet vitium capitale quod habet finem maxime appetibilem, habere magnam gravitatem.

Ad tertium dicendum, quod delectabile est appetibile secundum se: & ideo secundum ejus diversitatem ponuntur duo vitia capitalia, scilicet gula, & luxuria. Utile autem ex se non habet rationem appetibilis, sed secundum quod ad aliud ordinatur: & ideo in omnibus utilibus videtur esse una ratio appetibilitatis. Et propter hoc circa hujusmodi non ponitur nisi unum vitium capitale.

ARTICULUS VI.

Utrum convenienter assignentur gula quinque filie, scilicet inopia latitia, furrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur gula quinque filie, scilicet inopia latitia, furrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis: circa intelligentiam. Inepta enim latitia consequitur omne peccatum, secundum illud Proverb. 11. 14. *Qui latantur, cum male fecerint, & exultant in rebus vestimentis.* Similiter etiam hebetudo mentis invenitur in omni peccato, secundum illud Proverb. xiv. 22. *Errant qui operantur malum.* Ergo inconvenienter ponuntur filie gula.

Præterea. Immunditia, quæ maxime consequitur gulam, videtur ad vomitum pertinere, secundum illud Isa. xxxv. 1. 8. *Omnes mensæ replete sunt vomitu, & sordibusque.* Sed hoc non videtur esse peccatum, sed poena peccati, vel etiam aliquid utile sub consilio cadens, secundum illud Eccl. xxxi. 23. *Si castus fuerit in edendo multum, surge & medio, & vomes, & refrigerabit te.* Ergo non debet poni inter filias gula.

Præterea. Isidorus (Lib. II. de sum. bono cap. xli. ad fin. & Lib. X. Etym. ad lit. s.) ponit furrilitatem filiam luxuriæ. Non ergo debet poni inter filias gula.

Sed contra est quod Gregorius XXXI. Moral. (cap. xviii. ad med.) has filias gula assignat.

Respondeo dicendum, quod sicut dictum est (art. 1. 2. & 3. huj. quæst.) gula proprie consistit circa immoderatam delectationem quæ est in cibis, & potibus. Et ideo illa vitia

inter filias gula computantur quæ ex immoderata delectatione cibi, & potus continguntur.

Quæ quidem possunt accipi vel ex parte animæ, vel ex parte corporis. Ex parte autem animæ quadrupliciter. Primo quidem quantum ad rationem, cujus actus hebetatur ex immoderatione cibi, & potus: & quantum ad hoc ponitur filia gula hebetudo sensus circa intelligentiam, propter similitudines ciborum perturbantes caput; sicut & contrario abstinentia confert ad sapientiam perceptionem, secundum illud Eccle. 11. 3. *Cogitavi in corde meo abstinere est vitiis carnis meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam.* Secundo quantum ad appetitum, qui multipliciter deordinatur per immoderantiam cibi, & potus, quasi soperis gubernaculo rationis: & quantum ad hoc ponitur inopia latitia, quia omnes alie inordinatæ passionis ad licitiam, & utilitatem ordinantur, ut dicitur in II. Eth. (cap. v.) Et hoc est quod dicitur III. Ecl. 111. quod *vinum omnem mentem convellit in securitatem, & succubunditatem.* Tertio quantum ad inordinatum verbum: & sic ponitur multiloquium: quia, ut Gregorius dicit in Past. (part. 111. cap. xx. in princ.) *nisi gula deditis immoderata loquacitas raperet, dices ille qui epulari quotidie splendide dicitur, in lingua gravitus non aderet.* Quarto quantum ad inordinatum adum: & sic ponitur furrilitas, idest sollicitas quedam proveniens ex defectu rationis, quæ sicut non potest cohibere verba, ita non potest cohibere extores gestus: unde ad Eph. v. super illud, *Aut stultiloquium, aut furrilitas,* dicit Glossa (interl.) quod *stultis curialtas dicitur, idest sollicitas, quæ stultum movere solet.* Quomvis possit utrunque horum referri ad verba in quibus contingit peccare, vel ratione superfluitatis, quod pertinet ad multiloquium, vel ratione in honestatis, quod pertinet ad furrilitatem.

Ex parte autem corporis ponitur immunditia, quæ potest attendi sive secundum inordinatam emissionem quarumcumque superfluitatum, vel specialiter quantum ad emissionem seminis. Unde super illud ad Eph. v. *Bornatio vitæ, & immunditia, &c.* dicit Glossa (interl.), idest incontinentia pertinet ad libidinem concupiscentie modo.

Ad primum ergo dicendum, quod latitia quæ est de actu peccati, vel fine, consequitur omne peccatum, maxime quod procedit ex habitu: sed latitia vaga incomposita, quæ hic dicitur in textu, præcipue oritur ex immoderata sumptione cibi, vel potus. Similiter etiam dicendum, quod hebetudo sensus quantum ad eligibilia communiter invenitur in omni peccato, sed hebetudo sensus circa speculabilia maxime procedit ex gula, ratione jam dicta (in corp. art.)

Ad secundum dicendum, quod licet uti-
lis sit vomitus post superfluum comestione;
tamen vitiosum est quod aliquis huic neces-
sitati se ducat per immoderantiam cibi, vel
potus. Potest tamen absque culpa vomitus
procurari ex consilio medicinae in remedium
alicujus languoris.

Ad tertium dicendum, quod scurrilitas
procedit quidem ex actu gulae, non autem
ex actu luxurie, sed ex ejus voluntate: &
ideo ad utrumque vitium potest pertinere.

QUÆSTIO CXLIX.

De sobrietate,

in quatuor articulis divisæ

Deinde considerandum est de sobrietate,
& vicio opposito, scilicet ebrietate:
& circa sobrietatem quærentur quatuor.

Primo, quæ sit materia sobrietatis.

Secundo, utrum sit specialis virtus.

Tertio, utrum usus vini sit licitus.

Quarto, quibus præcipue competat so-
brietatis.

ARTICULUS I. 720

Utrum materia sobrietatis sit potus.

Supra quæst. CXLVIII.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod
materia sobrietatis non sit potus. Dicitur
enim ad Rom. xlv. 3. Non plus sapere
quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.
Ergo sobrietas est etiam circa sapientiam, &
non solum circa potum.

2. Præterea. Sap. vii. 11. 7. dicitur de Dei
sapientia, quod sobrietatem, & prudentiam do-
cet, justitiam, & virtutem: ubi sobrietatem
ponit pro temperantia. Sed temperantia non
solum est circa potum, sed etiam circa cibum,
& venerea. Ergo sobrietas non est solum cir-
ca potum.

3. Præterea. Nomen sobrietatis à men-
sura sumptum esse videtur. Sed in omnibus
quæ ad nos pertinent, debemus mensuram
servare, ut dicitur ad Titum ii. 12. Sobrie,
& iuste, & pie vivamus in hoc seculo: ubi di-
cit Glossa (interl.), Sobrie in nobis: & I.
Timoth. ii. 9. dicitur: Mulieres in habitu
ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes
se: & sic videtur sobrietas esse non solum in
interioribus, sed etiam in his quæ pertinent
ad exteriorem habitum. Non ergo propria ma-
teria sobrietatis est potus.

Sed contra est quod dicitur Eccli. xxxi.
32. Equa vicia hominibus vinum in sobrietate
si bibas illud moderate, viciis sobrietatis.

Respondeo dicendum, quod virtutes quæ
ab aliqua generali conditione virtutis nomi-
nantur, illam materiam sibi specialiter vendi-
cant in qua difficillimum, & optimum est
conditionem ejus observare: sicut fortitudo
pericula mortis; & temperantia delectatio-
nes tactus. Nomen autem sobrietatis sumitur
à mensura: dicitur enim aliquis sobrius qua-
si brian, id est mensuram, servans. Et ideo
illam materiam specialiter sibi sobrietas ad-
scribit in qua maxime laudabile est mensu-
ram servare.

Hujusmodi autem est potus inebriare va-
lens: quia ejus usus mensuratum multum con-
fert; & modicus excessus multum lædit, quia
impedit usum rationis magis etiam quam ex-
cessus cibi. Unde Eccli. xxxi. 37. Sanitas
est anime, & corporis sobrius potus. Vinum
multum potatum irrationem, & iram, &
ruinas multas facit. Et ideo specialiter so-
brietatis attenditur circa potum, non quemcum-
que, sed eum qui sua fumositatis natus est
caput conturbare, sicut vinum, & omne
quod inebriare potest.

Comuniter autem sumendo nomen sobrie-
tatis, potest in quacumque materia dici, sicut
& supra dictum est (quæst. cxxxii. art. 2.
& quæst. cxxi. art. 2.) de fortitudine, &
temperantia.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut
vinum materiale inebriat corporaliter; ita
etiam metaphorice consideratio sapientie di-
citur potus inebrians, propter hoc quod sua
delectatione animum allicit, secundum illud
Psalm. xxii. 5. Calix meus inebrians quam
preclarus est! Et ideo circa contemplationem
sapientie per similitudinem quamdam sobrie-
tas dicitur.

Ad secundum dicendum, quod omnia
quæ ad temperantiam proprie pertinent, ne-
cessaria sunt præsentii vite, & eorum excelsus
nocet. Et ideo in omnibus necessarium
est adhibere mensuram, quod pertinet ad of-
ficium sobrietatis: propter quod nomine so-
brietatis temperantia significatur. Sed modicus
excessus in potu plus nocet quam in aliis:
& ideo sobrietas specialiter est circa potum.

Ad tertium dicendum, quod quamvis
mensura in omnibus requiratur, non tamen
sobrietas proprie in omnibus dicitur, sed in
quibus mensura est maxime necessaria.

Ad primum ergo dicendum, quod cibum
& potum communiter impedire possunt bonum
rationis, absorbendo eam per immoderantiam
delectationis: & quantum ad hoc communiter
circa cibum, & potum est abstinencia.
Sed potus inebriare valens impedit specialiter
rationem, ut dictum est (in corp. art.) & ideo
requirit specialem virtutem.

Ad secundum dicendum, quod virtus ab-
stinencia non est circa cibos, & potus, in-
quantum sunt nutritiva, sed inquantum im-
pediunt rationem. Et ideo non oportet quod
specialitas virtutis attendatur secundum ratio-
nem nutritionis.

Ad tertium dicendum, quod in omnibus

AR-

ARTICULUS II. 721

Utrum sobrietas sit per se virtus specialis.

II. Cor. vi. lect. 3. & Tit. ii.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod
sobrietas non sit per se quedam specialis
virtus. Abstinencia enim attenditur & circa
cibos, & circa potus. Sed circa cibos non
est specialiter aliqua specialis virtus. Ergo nec
sobrietas, quæ est circa potum, est aliqua
specialis virtus.

2. Præterea. Abstinencia, & gula sunt circa
delectationes tactus, inquantum sensus est ali-
menti. Sed cibum, & potus simul cedunt in
alimentum, & simul enim indiget animal nu-
tritus humido, & sicco. Ergo sobrietas, quæ
est circa potum, non est specialis virtus.

3. Præterea. Sicut in his quæ ad nutri-
tionem pertinent distinguitur cibus à po-
tu; ita etiam distinguuntur diversa genera
ciborum, & diversa genera potuum. Si ergo
sobrietas esset per se quedam specialis vir-
tus, videtur quod circa quamlibet differentiam
potus, vel cibi sit quedam specialis virtus:
quod est inconveniens. Non ergo videtur quod
sobrietas sit specialis virtus.

Sed contra est quod Macrobius (Lib. I.
in somn. Scip. cap. viii.) ponit sobrieta-
tem specialem partem temperantia.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra
dictum est (quæst. cxxvi. art. 2.) ad virtu-
tem moralem pertinet conservare bonum ratio-
nis contra ea quibus potest impediri. Et
ideo ubi invenitur speciale impedimentum ratio-
nis, ibi necesse est esse specialem virtutem
ad illud removendum. Potus autem in-
ebrians habet specialem rationem impediendi
usum rationis, inquantum scilicet perturbat
cerebrum sua fumositate. Et ideo ad remo-
vendum hoc impedimentum rationis requiritur
specialis virtus, quæ est sobrietas.

Ad primum ergo dicendum, quod cibum
& potum communiter impedire possunt bonum
rationis, absorbendo eam per immoderantiam
delectationis: & quantum ad hoc communiter
circa cibum, & potum est abstinencia.
Sed potus inebriare valens impedit specialiter
rationem, ut dictum est (in corp. art.) & ideo
requirit specialem virtutem.

Ad secundum dicendum, quod virtus ab-
stinencia non est circa cibos, & potus, in-
quantum sunt nutritiva, sed inquantum im-
pediunt rationem. Et ideo non oportet quod
specialitas virtutis attendatur secundum ratio-
nem nutritionis.

Ad tertium dicendum, quod in omnibus

potibus inebriare valentibus est una & eadem
ratio impediendi rationis usum: & sic illa
potum diversitas per accidens se habet ad
virtutem: & propter hoc secundum hujus-
modi diversitatem virtutes non diversifican-
tur. Et eadem ratio est de diversitate cla-
borum.

ARTICULUS III. 722

Utrum usus vini totaliter sit illicitus.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod
usus vini totaliter sit illicitus. Sine sa-
pientia enim non potest aliquis esse in statu
salutis: dicitur enim Sap. vii. 28. Neminem
diligit Deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat:
& infra cap. xx. 19. Per sapientiam sanatus
sunt quicumque placerunt tibi, Domine, à prin-
cipio. Sed usus vini impedit sapientiam: di-
citur enim Eccli. i. 13. Cogitavi in corde meo
abstrahere à vino carnem meam, ut transferrem
animum meum ad sapientiam. Ergo potus vi-
ni est universaliter illicitus.

2. Præterea. Apostolus dicit ad Rom. xiv.
21. Bonum est non manducare carnem, & non
bibere vinum, neque in quo frater tuus offen-
ditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Sed
cessare à bono virtus est vitiosum, & simi-
liter fratris scandalum ponere. Ergo uti vi-
no est illicitum.

3. Præterea. Hieronymus dicit (Lib. I.
cont. Jovin. cap. ix. in fin. & hab. cap. ab
exordio dist. xxxv.) quod vinum cum carni-
bus post diluendum est dedicatum; Christus autem
venit in fine sæculorum, & extremam retraxit
ad principium. Ergo tempore christiane le-
gis videtur esse illicitum uti vino.

Sed contra est quod Apostolus dicit I. ad
Tim. vi. 23. Noli aducere aquam bibere, sed mo-
dico vino utere propter stomachum tuum: & in-
firmities tuas frequentes: & Eccli. xxxi. 36.
dicitur: Exultatio anime, & cordis vinum mo-
derate potatum.

Respondeo dicendum, quod nullus cibus,
vel potus secundum se consideratus est illi-
citus, secundum sententiam Domini dicentis
Matth. xv. 12. Non quod intrat in os, coin-
quinat hominem. Et ideo bibere vinum, se-
cundum se loquendo, non est illicitum.

Potest tamen reddi illicitum per accidens,
quandoque quidem ex conditione bibentis,
quia vino de facili læditur, vel quia ex spe-
ciali voto obligatur ad vinum non-bibendum,
quandoque autem ex modo bibendi, quia scilicet
mensuram in bibendo excedit; quan-
doque autem ex parte aliorum, qui ex hoc
scandalizantur.

Ad primum ergo dicendum, quod sapien-
tia potest haberi dupliciter. Uno modo secun-
dum

dum modum communem; prout sufficit ad salutem; & sic non requiritur ad sapientiam habendam quod aliquis à vino omnino abstineat, sed quod abstineat ab immoderato usu vini. Alio modo secundum quendam perfectionis gradum: & sic requiritur in aliquibus ad perfecte sapientiam percipiendam, quod omnino à vino abstineant, secundum conditiones quarundam personarum, & locorum.

Ad secundum dicendum, quod Apostolus non simpliciter dicit, bonum esse abstinere à vino, sed in casu in quo ex hoc aliqui scandalizantur.

Ad tertium dicendum, quod Christus retrahit nos à quibusdam sicut omnino illicitis, à quibusdam vero sicut ab impedimentis perfectionis: & hoc modo retrahit aliquos à vino propter studium perfectionis, sicut & à divitiis, & aliis hujusmodi.

ARTICULUS IV. 723

Utrum sobrietas magis requiratur in majoribus personis.

I. Tim. 11. lect. 2.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod sobrietas magis requiratur in majoribus personis. Senectus enim excellentiam quamdam homini prestat: unde senibus honor, & reverentia debetur secundum illud Levitic. XIX. 32. Coram cano capite confurge, & honora personam senis. Sed Apostolus specialiter senes dicit esse ad sobrietatem exhortandos, secundum illud ad Tim. 11. 2. Senes, ut sobrii sint. Ergo sobrietas maxime requiritur in excellentioribus personis.

2. Præterea, Episcopus in Ecclesia excellentissimum gradum habet; cui per Apostolum indicitur sobrietas, secundum illud I. ad Tim. 11. 2. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris vinum, sobrium, prudentem, &c. Ergo sobrietas maxime requiritur in personis excellentioribus.

3. Præterea, Sobrietas importat abstinenciam à vino. Sed vinum interdicitur Regibus, qui tenent summum locum in humanis rebus; conceditur autem his qui sunt in statu desolationis, secundum illud Proverba XXXI. 4. Noli Regibus dare vinum: & postea subdit: Date sciam mentibus, & vinum his qui amaro animo sunt. Ergo sobrietas magis requiritur in excellentioribus personis.

Sed contra est quod Apostolus dicit I. ad Tim. 11. 2. Mulieres similiter publicas, sobrias, &c. & ad Tim. 11. 6. dicitur: Juvenes similiter hortare ut sobrii sint.

Respondetur dicendum, quod virtus habet habitudinem ad duo; uno quidem modo ad

contraria vitia quæ excludit, & concupiscentias quas refrænat; alio modo ad finem in quem perducit. Sic ergo aliqua virtus magis requiritur in aliquibus duplici ratione. Uno modo quia in eis est major pronitas ad concupiscentias, quas oportet per virtutem refrænari, & ad vitia, quæ per virtutem tolluntur; & secundum hoc sobrietas maxime requiritur in juvenibus, & mulieribus; quia in juvenibus viget concupiscentia delectabilis propter fervorem ætatis; in mulieribus autem non est sufficiens robor mentis ad hoc quod concupiscentiis resistent. Unde secundum Valerium Maximum (Lib. II. cap. 1. num. 5.) mulieres apud Romanos antiquitus non bibebant vinum.

Alio vero modo sobrietas magis requiritur in aliquibus, utpote magis necessaria ad propriam operationem ipsorum. Vinum autem immoderate sumptum præcipue impedit usum rationis; & ideo senibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorum eruditionem, & Episcopis, seu quibuslibet Ecclesiæ ministris, qui mente devota debent spiritualibus officiis insistere, & Regibus, qui per sapientiam debent populum subditum gubernare, specialiter sobrietas indicitur.

Et per hoc patet responsio ad objectionem.

QUÆSTIO CL. 724

De ebrietate, in quantum articulus divisio.

Deinde considerandum est de ebrietate.

Circa hoc quaruntur quatuor. Primo, utrum ebrietas sit peccatum. Secundo, utrum sit peccatum mortale. Tertio, utrum sit gravissimum peccatorum. Quarto, utrum excuset à peccato.

ARTICULUS I. 724

Utrum ebrietas sit peccatum.

Mal. quæst. XIV. art. 4. ad 2. & ad Tim. 11. lect. 1. fin. & III. Ethic. lect. 12. fin.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod ebrietas non sit peccatum. Omne enim peccatum habet aliud peccatum sibi oppositum; sicut timiditati audacia, & pusillanimitati præsumptio opponitur. Sed ebrietati nullum peccatum opponitur. Ergo ebrietas non est peccatum.

2. Præterea, Omne peccatum est voluntarium. Sed nullus vult esse ebrius, quia nullus vult privari usu rationis. Ergo ebrietas non est peccatum.

Præterea, Quicumque est alteri causa pec-

peccandi, peccat. Si ergo ebrietas esset peccatum, sequeretur quod illi qui alios invitant ad potum, quo inebriantur, peccarent: quod videtur esse valde durum.

4. Præterea, Omnibus peccatis correctio debetur. Sed ebrius non adhibetur correctio: dicit enim Gregorius, quod cum venia suo ingenio suat relinquendi, ne deteriores fiant, si à tali consuetudine evellantur. Ergo ebrietas non est peccatum.

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Rom. XII. 13. Non in comestationibus, & ebrietatibus.

Respondetur dicendum, quod ebrietas dupliciter potest accipi. Uno modo prout significat ipsum defectum hominis, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit ut non sit compos rationis; & secundum hoc ebrietas non nominat culpam, sed defectum penale consequentem ex culpa. Alio modo ebrietas potest nominare actum quo quis in hunc defectum incidit: qui potest causare ebrietatem dupliciter. Uno modo ex nimia viâ fortitudine præter opinionem bibentis; & sic etiam ebrietas potest accidere sine peccato, præcipue si non ex negligentia hominis contingit; & sic creditur Noe inebriatus fuisse, ut legitur Gen. IX. Alio modo ex inordinata concupiscentia, & usu vini: & sic ebrietas ponitur esse peccatum, & continentur sub gula, sicut species sub genere. Dividitur enim gula in comestationem, & ebrietatem, quæ prohibet Apostolus in auctoritate inducta.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in III. Ethic. (cap. XI. circa med.) insensibilitas, quæ opponitur temperantiae, non multum contingit. Et ideo tam ipsam, quam omnes ejus species, quæ opponuntur diversis speciebus temperantiae, nomine carent. Unde & vitium quod opponitur ebrietati intantum à vino abstineret, ut naturam multum gravaret, à culpa immunis non esset.

Ad secundum dicendum, quod obiecto illa procedit de defectu consequenti, qui est involuntarius; sed immoderatus usus vini est voluntarius: in quo peccati ratio consistit.

Ad tertium dicendum, quod sicut ille qui inebriatur, excusatur à peccato, si ignorat fortitudinem vini; ita etiam ille qui invitat aliquem ad bibendum, excusatur à peccato, si ignoret talem esse conditionem bibentis, ut ex hoc potu inebrietur. Sed si ignorantia desit, neuter à peccato excusatur.

Ad quartum dicendum, quod aliquando correctio peccatoris est inremitenda, ne fiat inde deterior, ut supra dictum est (quæst. XXXI. art. 6.) Unde Augustinus dicit in

S. Th. Op. Tom. IV.

epistola ad Aurelium Episcopum (XXXI. al. LXIV. parum ante med.) de comestationibus, & ebrietatibus loquens: Non aspere, quantum existimo, non tunc, non impio ista tolluntur, sed magis docenda, quam agendo; magis monenda quam minando; sic enim agendum est cum multitudine peccantium; severitas autem exercenda est in peccata paucorum.

ARTICULUS II. 725

Utrum ebrietas sit peccatum mortale.

1. 2. quæst. LXXXV. art. 5. & II. dist. XXIV. quæst. 11. art. 6. corp. & mal. quæst. 11. art. 8. ad 3. & Rom. XII. 1. lect. 3.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ebrietas non sit peccatum mortale. Augustinus enim (alius Auctor) in sermone de purgatorio (olim XLII. de Sanctis nunc CIV. in Append. parum à princ.) dicit, ebrietatem esse peccatum mortale, si sit assidue. Sed assiduitas importat circumstantiam, quæ non trahit in aliam speciem peccati; & sic non potest in definitum aggravare, ut deus non faciat mortale, sicut ex supradictis patet (1. 2. quæst. LXXXV. art. 5.) Ergo si alias ebrietas non est peccatum mortale, nec etiam hoc modo erit peccatum mortale.

2. Præterea, Augustinus dicit in eodem sermone: Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit quam necesse est, ad minus peccat à nomine pertinere. Peccata autem minuta dicuntur venialia. Ergo ebrietas, quæ causatur ex immoderato potu, est peccatum veniale.

3. Præterea, Nullum peccatum mortale est faciendum propter medicinam. Sed aliqui superflue bibunt secundum consilium medicinarum, ut postea per vomitum purgentur; & ex hoc superfluo potu sequitur ebrietas. Ergo ebrietas non est peccatum mortale.

Sed contra est quod in Canonibus Apostolorum (can. XLII. & XLIII. to. 1. Concilii) legitur: Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ, aut ebrietati deserviens, aut desinat, aut deponatur; Subdiaconus autem, aut Lector, aut Cantor similia faciens, aut desinat, aut communionem privetur; similiter, & laicus. Sed tales poenæ non infliguntur nisi pro peccato mortali. Ergo ebrietas est peccatum mortale.

Respondetur dicendum, quod culpa ebrietatis, sicut dictum est (artic. præced.) consistit in immoderato usu, & concupiscentia vini. Hoc autem contingit esse tripliciter.

Uno modo sic quod nesciat potum esse immoderatum, & inebriate potentem;

X &

& sic ebrietas potest esse sine peccato, ut dictum est (art. præc.)

Alio modo sic quod aliquis percipiat potum esse immoderatum, non tamen astimet potum esse inebriare potentem: & sic ebrietas potest esse cum peccato veniali.

Tertio modo potest esse quod aliquis bene advertat, potum esse immoderatum, & inebriantem, & tamen magis vult ebrietatem incurere quam à potu abstinere: & talis proprie dicitur ebrius: quia moralia recipiunt speciem non ab his quæ per accidens eveniunt præter intentionem, sed ab eo quod est per se intentum. Et sic ebrietas est peccatum mortale: quia secundum hoc homo volens, & sciens privat se usu rationis, quo secundum virtutem operatur, & peccata declinat; & sic peccat mortaliter, periculo peccandi se committens. Dicit enim Ambrosius in lib. de Patriarchis (seu lib. I. de Abraham cap. vi. non procul à fin.) *Vitandam discimus ebrietatem, per quam vitia cavere non possumus. Nam qua sobrii esomus, per ebrietatem ignorantes committimus.* Unde ebrietas, per se loquendo, est peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quod assiduas facit ebrietatem esse peccatum mortale, non propter solam iterationem actus, sed quia non potest esse quod homo assidue inebrietur, quin sciens, & volens ebrietatem incurat, dum multoties experitur fortitudinem vini, & suam habilitatem ad ebrietatem.

Ad secundum dicendum, quod plus fumeri in cibo, & potu quam necesse sit, pertinet ad vitium gula, quæ non semper est peccatum mortale; sed plus fumeri in potu scienter usque ad ebrietatem, hoc est peccatum mortale. Unde Augustinus dicit in X. Confess. (cap. xxxi. ante med.) *Ebrietas longe est à me: misererebis, ne appropinquet mihi: crapula autem nonnumquam subrepsit seruo tuo.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. cxi. art. 6.) cibus, & potus est moderandus, secundum quod competit corporis valetudini. Et ideo sicut quandoque contingit ut cibus, vel potus, qui est moderatus sano, sit superfluous infirmo; ita etiam potest esse converso contingere ut ille qui est superfluous sano, sit moderatus infirmo. Et hoc modo cum aliquis multum comedit, vel bibit secundum consilium medicinæ ad vomitum provocandum, non est reputandus superfluous cibus, vel potus.

Nec tamen ad vomitum provocandum requiritur quod sit potus inebrians, quia etiam potus aquæ tepidæ vomitum causat: & ideo propter hanc causam non excusaretur aliquis ab ebrietate.

ARTICULUS III. 716

Utrum ebrietas sit gravissimum peccatum.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod ebrietas sit gravissimum peccatum. Dicit enim Chrysostomus (hom. LVIII. in Matth. inter med. & fin.) quod *nihil ita est damnum amicum, sicut ebrietas, & lascivia, quæ est mater omnium vitiorum.* Et in Decr. dicitur dist. xxxv. (cap. ix.) *Ante omnia Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, & nutritrix est.*

2. Præterea. Ex hoc dicitur aliquid esse peccatum, quod bonum rationis excludit. Sed hoc maxime facit ebrietas. Ergo ebrietas est maximum peccatum.

3. Præterea. Magnitudo culpæ ex magnitudine pena offenditur. Sed ebrietas videtur esse maxime punita: dicit enim Ambrosius (lib. de Elia & jejun. cap. v. ante med.) quod *non esset in homine servitus, si non fuisset ebrietas.* Ergo ebrietas est maximum peccatum.

Sed contra est quod secundum Gregorium (lib. XXXIII. Moral. cap. xi. ante med. implic.) vitia spiritualia sunt majora quam carnalia. Sed ebrietas continetur inter vitia carnalia. Ergo non est maximum peccatum.

Respondeo dicendum, quod ex hoc dicitur aliquid esse malum, quod privat bonum. Unde quanto majus est bonum quod privatur per malum, tanto malum gravius est. Manifestum est autem quod bonum divinum est majus quam bonum humanum. Et ideo peccata quæ sunt directe contra Deum, sunt graviora peccato ebrietatis, quod directe opponitur bono rationis humanæ.

Ad primum ergo dicendum, quod ad peccata intemperantiæ maxime homo habet pronitatem, propter hoc quod hujusmodi concupiscentiæ, & delectationes connaturales nobis sunt: & secundum hoc dicuntur hujusmodi peccata esse maxime amica diabolo, non quia sint aliis graviora, sed quia sunt apud homines frequentiora.

Ad secundum dicendum, quod bonum rationis impeditur dupliciter: uno modo per id quod est contrarium rationi; alio modo per id quod aufert usum rationis. Plus autem habet de ratione mali id quod contrariatur rationi, quam quod ad horam usum rationis aufert: usus enim rationis potest esse, & bonus, & malus, qui tollitur per ebrietatem; sed bona virtutum, quæ tolluntur per ea quæ contrariantur rationi, sunt semper bona.

Ad tertium dicendum, quod servitus est consecuta ex ebrietate occasionaliter, in quantum Cham maledictionem servitutis

in

in sua posteritate accepit propter hoc quod irrisit patrem inebriatum; non autem servitus fuit directe pena ebrietatis.

ARTICULUS IV. 717

Utrum ebrietas excuset à peccato.

1. 2. quæst. LXXVI. art. 4. ad 2. & 4. & II. dist. XXI. quæst. 11. art. 2. ad 2.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod ebrietas non excuset à peccato. Dicit enim Philosophus in III. Ethic. (cap. v. ante med.) quod *ebrius meretur duplices multationes.* Ergo ebrietas magis aggravat peccatum quam excuset.

2. Præterea. Non excusatur peccatum per peccatum, sed magis augetur. Ebrietas autem est peccatum. Ergo non excusat à peccato.

3. Præterea. Philosophus dicit in VI. Eth. (cap. v.) quod sicut ratio hominis ligatur per ebrietatem, ita ligatur per concupiscentiam. Sed concupiscentia non excusat à peccato. Ergo etiam neque ebrietas.

Sed contra est quod Loth excusatur ab incestu propter ebrietatem, ut Augustinus dicit contra Faustum (lib. XXII. cap. XLIV.)

Respondeo dicendum, quod in ebrietate duo attenduntur, sicut dictum est (art. 1. huj. quæst.) scilicet defectus consequens, & actus præcedens. Ex parte autem defectus consequentis, in quo ligatur usus rationis, ebrietas habet excusare à peccato, in quantum causat involuntarium per ignorantiam. Sed ex parte actus præcedentis videtur esse distinguendum: quia si ex actu illo præcedente subsecuta est ebrietas sine peccato, tunc peccatum sequens totaliter excusatur à culpa; sicut forte accidit de Loth.

Si autem actus præcedens fuit culpabilis, sic non totaliter aliquis excusatur à peccato sequenti, quod scilicet redditur voluntarium ex voluntate præcedentis actus; in quantum scilicet aliquis dans operam rei illicitæ, incidit in sequens peccatum.

Diminuitur tamen peccatum sequens, sicut & diminuitur ratio voluntarii. Unde Augustinus dicit contra Faustum (loc. sup. cit.) quod *Loth culpandus est, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit.*

Ad primum ergo dicendum, quod Philosophus non dicit, quod mereatur graviorem multationem ebrius, sed quod mereatur duplicem multationem propter duplex peccatum.

Vel potest dici, quod loquitur secundum S. Th. Op. Tom. IV. in qua dicitur quod *Loth inebriatus est, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit.*

(a) Ita communiter. Nicolaus plures. Theologi ita supplendum censent: quia plures, dum sunt

legem cuiusdam Pittaci, qui, ut dicitur in II. Polit. (in fin.) statuit quod ebrii, si perirent, plus punirentur quam sobrii, quia (a) pluries injuriarentur: in quo, ut Aristoteles ibidem dicit, videtur magis respectisse ad utilitatem, scilicet ut cohiberentur injuria, quam ad veniam, quam oportet habere de ebriis, propter hoc quod non sunt sui composites.

Ad secundum dicendum, quod ebrietas habet excusare peccatum, non ex parte qua est peccatum, sed ex parte defectus consequentis, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod concupiscentia non totaliter ligat rationem, sicut ebrietas, nisi forte sit tanta quod faciat hominem insanire.

Et tamen passio concupiscentiæ diminuit peccatum: quia levius est ex infirmitate quam ex malitia peccare.

QUÆSTIO CLI.

De castitate.

in quatuor articulos divisa.

DEinde considerandum est de castitate: & primo de ipsa virtute castitatis; secundo de virginitate, quæ est pars castitatis; tertio de luxuria, quæ est vitium oppositum.

Circa primum quaeruntur quatuor.

Primo, utrum castitas sit virtus.

Secundo, utrum sit virtus generalis.

Tertio, utrum sit virtus distincta ab abstinentia.

Quarto, quomodo se habeat ad pudicitiam.

ARTICULUS I. 722

Utrum castitas sit virtus.

III. Ethic. lect. 12.

AD primum sic proceditur. Videtur quod castitas non sit virtus. Loquimur enim nunc de virtute animæ. Sed castitas videtur ad corpus pertinere: dicitur enim aliquis castus ex eo quod aliquoties se habet ad usum quarundam corporis partium. Ergo castitas non est virtus.

2. Præterea. Virtus est habitus voluntarius, ut dicitur in II. Ethicor. (cap. iv. & vi.) Sed castitas non videtur esse aliquid voluntarium, cum per violentiam auferri videatur mulieribus violentè oppressis. Ergo videtur quod castitas non sit virtus.

Y 2

Præ-

ebrii, quam dum sunt sobrii, injuriantur.

1. Præterea. Nulla virtus est in infidelibus. Sed aliqui infideles sunt casti. Non ergo castitas est virtus.

4. Præterea. Fructus à virtutibus distinguuntur. Sed castitas inter fructus ponitur, ut patet ad Gal. v. Ergo castitas non est virtus.

Sed contra est quod Augustinus dicit in lib. de Decem chordis (cap. 111. à med.) Cum debitas in virtute precedere uxorem, quoniam castitas est virtus; tu sub uno impetu libidinis cadis, ut vis uxorem tuam esse vittricem.

Respondeo dicendum, quod nomen castitatis sumitur ex hoc quod per rationem concupiscentia castigatur, quæ ad modum pueri est refrenanda, ut patet per Philosophum in III. Ethic. (cap. ult.) In hoc autem ratio virtutis humanæ consistit quod sit aliquid secundum rationem modificatum, ut ex supra dictis patet (1. 2. quest. 114. art. 1.) Unde manifestum est castitatem esse virtutem.

Ad primum ergo dicendum, quod castitas consistit quidem in anima sicut in subiecto, sed materiam habet in corpore. Perrinet autem ad castitatem ut secundum iudicium rationis, & electionem voluntatis aliquis moderate utatur corporalibus membris.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in I. de Civ. Dei (cap. xviii. post med.) propositio animi permanente, per quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori auferi sanctitatem violentia libidinis alienæ, quam servat perseverantia continentia sua: & ibidem dicit, quod est virtus animi, que comitem habet fortunam, qua potius qualibet mala tolerare, quam malo consentire decernit.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in IV. contra Julianum (cap. 111. inter princ. & med.) obsequium sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus; absit autem ut sit iustus vere, nisi vivat ex fide. Et ideo concludit, quod in infidelibus neque est vere castitas, neque aliqua alia virtus, quia scilicet non referuntur ad debitum finem: & sicut ibidem subdit (parum ante med.) non efficiunt, id est actibus, sed finibus à virtutibus discernuntur virtutes.

Ad quartum dicendum, quod castitas, in quantum est quidem secundum rationem operans, habet rationem virtutis; in quantum autem habet delectationem in suo actu, connumeratur inter fructus.

Ad quintum dicendum, quod castitas, in quantum est virtus, non est fructus, sed virtus, quia per quamlibet virtutem retrahitur mens humana ne rebus illicitis delectabiliter conjugatur.

Principaliter tamen ratio hujus castitatis consistit in caritate, & in aliis virtutibus theologis, quibus mens hominis conjugatur Deo.

Ad

(a) Vulgata perdidit.

ARTICULUS II.

Utrum castitas sit virtus generalis.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod castitas sit virtus generalis. Dicit enim Augustinus in lib. de Mendacio (cap. xx. à med.) quod castitas animi est ordinatus animi motus, non subdendi majora minoribus. Sed hoc pertinet ad quamlibet virtutem. Ergo castitas est generalis virtus.

2. Præterea. Nomen castitatis à castigatione sumitur. Sed quilibet motus appetitivæ partis debet castigari à ratione. Cum ergo per quamlibet virtutem moralem refrenetur aliquis appetitivus motus, videtur quod qualibet virtus moralis sit castitas.

3. Præterea. Castitati fornicatio opponitur. Sed fornicatio videtur ad omne genus peccati pertinere: dicitur enim in Psalm. lxxi. 1. Perdes omnes qui fornicantur ab te. Ergo castitas est generalis virtus.

Sed contra est quod Macrobius (lib. I. in Somn. Scip. cap. viii.) ponit eam partem temperantia.

Respondeo dicendum, quod nomen castitatis dupliciter accipitur. Uno modo proprie: & sic est quedam specialis virtus habens speciem materiam, scilicet concupiscentias delectabilem, quæ sunt in veneris. Alio modo nomen castitatis accipitur metaphorice. Sicut enim in corporis commixtione consistit delectatio venerorum, circa quam proprie est castitas, & oppositum vitium, scilicet luxuria; ita etiam in quadam spirituali conjunctione mentis ad res aliquas consistit quedam delectatio, circa quam est quedam spiritualis castitas metaphorice dicta, vel etiam spiritualis fornicatio similiter metaphorice dicta. Si enim mens hominis delectetur in spirituali conjunctione ad id cui debet conjungi, scilicet ad Deum, & ablineat se ne delectabiliter aliis conjugatur contra debitum divini ordinis, dicitur castitas spiritualis, & secundum illud II. ad Corinth. xi. 2. Despondi cor vestrum virginem castam exhibere Christo. Si autem delectabiliter contra debitum divini ordinis conjugatur mens quibuscumque aliis rebus; dicitur fornicatio spiritualis, & secundum illud Hierem. 17. Tu autem fornicata es cum imperiis multis.

Et hoc modo accipiendo castitatem, castitas est generalis virtus: quia per quamlibet virtutem retrahitur mens humana ne rebus illicitis delectabiliter conjugatur.

Principaliter tamen ratio hujus castitatis consistit in caritate, & in aliis virtutibus theologis, quibus mens hominis conjugatur Deo.

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de castitate metaphorice dicta.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præ. & quest. cxlii. art. 2.) concupiscentia delectabilis maxime assimilatur puero, eo quod appetitus delectabilis est nobis connaturalis, & præcipue delectabilem connaturatus, & ordinatur ad consuetudinem naturæ. Et inde est quod si nutriatur horum delectabilem concupiscentia, per hoc quod ei consentiatur, maxime augetur; sicut puer, qui suæ voluntati relinquitur. Et sic concupiscentia horum delectabilem maxime indiget castigari: & ideo circa huiusmodi concupiscentias antonomastice dicitur castitas, sicut & fortitudo est circa ea in quibus maxime indigemus animi firmitate.

Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de fornicatione spirituali metaphorice dicta, quæ opponitur castitati spirituali, ut dictum est (in corp. art.)

ARTICULUS III.

Utrum castitas sit virtus distincta ab abstinentia.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod castitas non sit virtus distincta ab abstinentia. Quia circa materiam unius generis sufficit una virtus. Sed unius generis videtur esse quæ pertinent ad unum sensum. Cum ergo delectatio ciborum, circa quam est abstinentia, & delectatio venerorum, circa quam est castitas, pertineant ad eadem, videtur quod castitas non sit alia virtus ab abstinentia.

2. Præterea. Philosophus in III. Ethic. (cap. ult.) omnia vitia intemperantiæ assimilantur puerilibus peccatis, quæ castigatione indigent. Sed castitas nominatur à castigatione veterum oppositorum. Ergo cum per abstinentiam cohibeantur quedam vitia intemperantiæ, videtur quod abstinentia sit castitas.

3. Præterea. Delectationes aliorum sensuum pertinent ad temperantiam, in quantum ordinantur ad delectationes tactus; circa quas est temperantia. Sed delectationes ciborum, circa quas est abstinentia, ordinantur ad delectationes venerorum, circa quas est castitas.

Unde dicit Hieronymus (epist. cxviii. ad Amad. aliquant. à princ. & sup. illud ad Tit. 14. Non vinolentiam, non peccatorem, etc.) Venit, & gen. alia sibi membra vicina sunt, ut ex vicinia membrorum confederatio intelligatur vitiorum. Ergo abstinentia, & castitas non sunt virtutes ab invicem distinctæ.

Sed contra est quod Apostolus II. ad Cor.

vi. connumerat castitatem jejuniis, quæ ad abstinentiam pertinent.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (quest. cxlii. art. 4.) temperantia est proprie circa concupiscentias delectationum tactus: & ideo oportet ut ubi sunt diversæ rationes delectationis, ibi sint diversæ virtutes sub temperantia comprehensæ.

Delectationes autem proportionantur operationibus, quarum sunt perfectiones, ut dicitur in IX. Ethic. (cap. vii.) Manifestum est autem quod alterius generis sunt operationes pertinentes ad usum ciborum, quibus natura individuè conservatur, & operationes pertinentes ad usum venerorum, quibus conservatur natura speciei. Et ideo castitas, quæ est circa delectationes venerorum, est virtus distincta ab abstinentia, quæ est circa delectationes ciborum.

Ad primum ergo dicendum, quod temperantia non consistit principaliter circa delectationes tactus quantum ad iudicium sensus de tangibilibus, quod est ejusdem rationis in omnibus, sed quantum ad ipsum usum tangibilem, ut dicitur in III. Ethic. (cap. xi.) Est autem alia ratio urendi cibis, & potibus, & veneris. Et ideo oportet esse diversas virtutes, licet sint unius sensus.

Ad secundum dicendum, quod delectationes veneræ sunt vehementiores, & magis opprimentes rationem quam delectationes ciborum: & propter hoc magis indigent castigatione, & refrenatione, quia si eis consentiatur, magis ex hoc increbit vis concupiscentiæ, & deiecit virtus mentis. Unde Augustinus dicit in I. Soliloq. (cap. xv. inter med.) Nihil est sentio quod magis ex ardeat delectationem carnalem, quam blandimenta sanctorum, corporumque ille caritatis sine qua uxor haberi non potest.

Ad tertium dicendum, quod delectationes aliorum sensuum non pertinent ad naturam hominis conservandam, nisi prout ordinantur ad delectabilia tactus: & ideo circa huiusmodi delectationes non est aliqua alia virtus sub temperantia comprehensa. Sed delectationes ciborum, quamvis aliquantulum ordinentur ad delectationes venerorum, tamen etiam per se ordinantur ad vitium hominis conservandam: & ideo etiam per se habent speciem virtutis, quamvis illa virtus quæ abstinentia dicitur, ordinatur ad suum finem castitatis.

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

Ad

AR.

ARTICULUS VI.

Utrum pudicitia pertinet specialiter ad castitatem. Dicit enim Augustinus in I. de Civ. Dei (cap. xviii. à princ.) quod pudicitia est quadam virtus animæ. Non ergo est aliquid ad castitatem pertinens, sed est per se ipsam virtus à castitate distincta.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod pudicitia non pertineat specialiter ad castitatem. Dicit enim Augustinus in I. de Civ. Dei (cap. xviii. à princ.) quod pudicitia est quadam virtus animæ. Non ergo est aliquid ad castitatem pertinens, sed est per se ipsam virtus à castitate distincta.

Præterea, pudicitia à pudore dicitur, qui videtur idem esse verecundie. Sed verecundia secundum Damascenum (lib. II. orth. Fid. cap. xv.) est de turpi actu; quod convenit omni actu vitioso. Ergo pudicitia non magis pertinet ad castitatem quam ad alias virtutes.

Præterea, Philosophus dicit in III. Ethic. (cap. xii. à princ.) quod omnis intemperantia generaliter est maxime exprobrabilis. Sed ad pudicitiam pertinere videtur fugere ea que exprobrabilia sunt. Ergo pudicitia pertinet ad omnes partes temperantie, non autem specialiter ad castitatem.

Sed contra est quod Augustinus dicit in lib. de Perseverantia (cap. xx. paulo à princ.) Prædicanda est pudicitia, ut ab eo qui habet aures audientibus, nihil genitalium membrorum illicitum perpetretur. Sed usus genitalium membrorum proprie pertinet ad castitatem. Ergo pudicitia proprie ad castitatem pertinet.

Respondetur dicendum, quod, sicut dictum est (in arg. 2.) nomen pudicitie à pudore sumitur, in quo verecundia significatur. Et ideo oportet quod pudicitia proprie sit circa illa de quibus homines magis verecundantur. Maxime autem verecundantur homines de actibus venereis, ut Augustinus dicit in XIV. de Civitate Dei (cap. xviii.). Intantum quod etiam concubitus conjugalibus, qui honestate nuptiarum decorantur, verecundia non careat: & hoc ideo quia motus genitalium membrorum non subijcitur imperio rationis, sicut motus aliorum exteriorum membrorum. Verecundatur autem homo non solum de illa commixtione venerea, sed etiam de quibuscumque signis eius, ut Philosophus dicit in II. lib. Rhet. (cap. vi. post med.). Et ideo pudicitia attenditur proprie circa venerea, & præcipue circa signa venereorum, sicut sunt aspectus impudici, oscula, & tactus. Et quia hæc magis solent deprecandi, ideo pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa; castitas autem magis ipsam veneream commixtionem. Et ideo pudicitia ad castitatem ordinatur, non quasi virtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castita-

tis circumstantiam quandam. Incedunt tamen unum pro alio positum. Ad primum ergo dicendum: quod Augustinus ibi accipit pudicitiam pro castitate. Ad secundum dicendum: quod quamvis omnia vitia habeant turpitudinem quandam, specialiter tamen vitia intemperantie, ut ex supra dictis patet (quæst. cxlii. art. 4.)

Ad tertium dicendum, quod inter vitia intemperantie præcipue sunt exprobrabilia peccata venerea, tum propter inobedientiam genitalium membrorum, tum etiam propter hoc quod ratio ab huiusmodi maxime absorbetur.

QUESTIO CLII.

De virginitate.

in quinque articulis divisæ.

Deinde considerandum est de virginitate: & circa hoc quaruntur quinque.

Primo, in quo consistat virginitas. Secundo, utrum sit licita.

Tertio, utrum sit virtus.

Quarto de excellentia eius respectu matris monii.

Quinto de excellentia eius respectu aliarum virtutum.

ARTICULUS I.

Utrum virginitas consistat in integritate carnis.

IV. dist. xxxiii. quæst. 112. art. 1. & dist. xxxiv. quæst. 1. art. 4. ad 5. & dist. xlix. quæst. 1. art. 3. quæst. 1. corp. ad 4. & quodlibet. 1. art. 2. ad 2. & quodlibet. vi. art. 18. corp.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod virginitas non consistat in integritate carnis. Dicit enim Augustinus in lib. de Nuptiis, & concupiscentia (hab. in lib. de Sancta Virginitate. cap. xlii. in princ.) quod virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio. Sed meditatio non pertinet ad carnem. Ergo virginitas non consistit in carne.

Præterea, Virginitas pudicitiam quandam importat. Sed Augustinus dicit in I. de Civitate Dei (cap. xviii. à princ.) quod pudicitia consistit in anima. Ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

Præterea, Carnis integritas videtur consistere in signaculo virginis pudoris. Sed quandoque absque virginitatis præiudicio frangitur illud signaculum: dicit enim Augustinus in I. de Civitate Dei (loc. cit.) quod illa membra possunt in diversis casibus soluta cum percepti-

medici quandoque saluti opulantes hæc ibi faciunt que boves aspectus: obsterix etiam virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans, dum inspicit, perdidit: & subdit: Non opinor, quemquam tam stulte sapere, ut huic periisse aliquid existimet etiam de ipsius corporis sanctitate, quamvis membri illius integritate jam perdit. Ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

Præterea, Corruptio carnis maxime in feminis resolutione consistit, quæ potest fieri sine concubitu, vel in dormiendo, vel etiam vigilando. Sed sine concubitu non videtur perdi virginitas: dicit enim Augustinus in lib. de Virginitate (cap. xlii. in princ.) quod virginitas est integritas, & per pliam continentiam ab omni concubitu immunitas, angelica portio est. Ergo virginitas non consistit in carnis incorruptione.

Sed contra est quod Augustinus in eodem lib. (cap. viii. in fin.) dicit, quod virginitas est continentia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ, & carnis votetur, consecratur, servatur.

Respondetur dicendum, quod nomen virginitatis à virore sumptum videtur: & sicut illud dicitur vires, & in suo virore persistere, quod non est ex superabundantia caloris adustionem expertum; ita etiam virginitas hoc importat, quod persona qui inest, immunis sit à concupiscentie adustione, quod esse videtur in consummatione maxime delectationis corporalis, qualis est venereorum delectatio. Unde Ambrosius dicit in lib. I. de Virginitate (inter princ. & med.) quod castitas virginialis est experta conjugationis integritas.

In delectatione autem venereorum tria est considerare: unum quidem quod est ex parte corporis, scilicet violatio signaculi virginialis; aliud autem est in quo conjungitur id quod est animæ, cum eo quod est corporis, scilicet ipsa resolutio feminis delectationem sensibilem causans; tertium autem est solum ex parte animæ; scilicet propositum perveniendi ad talem delectationem. In quibus tribus id quod primo positum est, per accidens se habet ad moralem actum, qui non consideratur per se, nisi secundum ea que sunt animæ; secundum vero materialiter se habet ad actum moralem, nam sensibiles passionis sunt materia moralium actuum; tertium vero se habet formaliter, & complete, quia ratio moralium in eo quod est rationis, completur.

Quia ergo virginitas dicitur per remotiorem prædictæ corruptionis, consequens est quod integritas membri corporalis per accidens se habet ad virginitatem; ipsa autem immunitas à delectatione, quæ consistit in feminis resolutione, se habet materialiter; ipsum autem propositum perpetuo abstinendi à tali delectatione, se habet formaliter, & complete in virginitate.

Ad primum ergo dicendum, quod illa definitio Augustini tangit quidem in recto id quod est formale in virginitate. Nam per meditationem intelligitur propositum rationis: quod autem additur, perpetua, non fit intelligitur quod oporteat virginem semper actu talem meditationem habere, sed quia hoc debet in proposito gerere, ut perpetuo hoc perseveret. Id vero quod est materiale, tangitur in obliquo, cum dicitur, incorruptionis in carne corruptibilis, quod additur ad ostendendam virginitatis difficultatem: nam si caro corrupti non posset, non esset difficile perpetuum incorruptionis meditationem habere.

Ad secundum dicendum, quod pudicitia est quidem essentialiter in anima, materialiter autem in carne; & similiter virginitas. Unde Augustinus dicit in lib. de Virginitate (cap. viii.) quod licet virginitas in carne seruetur, ac per hoc corporalis sit; tamen spiritualis est, quam fovet, & servat continentia pietatis.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dictum est (in corp. art.) integritas corporalis membri per accidens se habet ad virginitatem, in quantum scilicet per hoc quod ex proposito voluntatis abstinere quis à delectatione venerea, remanet integritas in membro corporeo. Unde si contingat quod per alium modum aliquo casu membri integritas corrumpatur, non magis præiudicat virginitati quam si corrumpatur manus, aut pes.

Ad quartum dicendum, quod delectatio, quæ est ex feminis resolutione, dupliciter potest contingere. Uno modo ut procedat ex mentis proposito: & sic tollit virginitatem, sive fiat per concubitum, sive absque concubitu. Facit autem mentionem Augustinus de concubitu, quia huiusmodi resolutio communitur, & naturaliter ex concubitu causatur. Alio modo potest provenire præter propositum mentis, vel in dormiendo, vel per violentiam illatam, cui mens non consentit, quamvis caro delectationem experiatur, vel etiam ex infirmitate naturæ, ut patet in his qui fluxum feminis patiuntur: & sic non perditur virginitas, quia talis pollutio non accidit per impudicitiam, quam virginitas excludit.